Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Ille aut accesserunt et tenuerunt pedes eius: et adora-
verunt eum. Tunc ait illis ihs. Nolite timere. Ite
nuntiate fratribus meis: ut eant in galileam. ibi me
videbunt. Que cum abissent. ecce quidam de custo-
dibus venerunt in ciuitatem et nuntiauerunt prin-
cipibus sacerdotum omnia que facta fuerant. Et
congregati cum senioribus: consilio accepto pecunias
copiosas dederunt militibus dicentes. Dicite qa
discipuli eius nocte venerunt et furati sunt eum: no-
bis dormientibus. Et si hoc auditum fuit a preside
nos suadebimus ei. et securos vos faciemus. Illi
accepta pecunia: fecerunt sicut erant docti. Et di-
vulgatum est verbum istud apud iudeos: vsq; in hodi-
ernum diem. dominica secunda post pascha officium

Misericordia domini plena est terra alleluia verbo dei celi firmati sunt
alleluia alleluia ps. Exultate iusti in domino rectos decet col-
laudo. Gloria patri et filio et spiritui sancto. Sicut erat in principio.

Deus qui in filii tui humilitate iacentem mun-
dum erexisti fidelibus tuis perpetuam concede
letitiam. ut quos perpetue mortis eripuisti celestibus
gaudiis facias semper frui. Lectio epistole beati iohannis apostoli i capitulo

Filioli. Christus passus est pro nobis. vobis
reliquens exemplum: ut sequamini vestigia
eius. Qui peccatum non fecit: nec inventus est dolus i
ore eius. Qui cum maledicerer: non maledicebat.
Cum pateretur: non comminabatur. Tradebat autem
iudicanti se iniuste: qui peccata nostra ipse portauit i
corpore suo super lignum: ut peccatis mortui iustitiae
viuamus: cuius liuore sanati estis. Erratis enim
sicut oues errantes: et conuersi estis nunc ad pastorem